



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XXXII. Bischof Stephan von Brandenburg genehmigt den empsiteutischen Contract, nach welchem der St. Laurenzgarten zu Wriezen von der St. Laurenzcapelle einem Bürger überlassen wird, am 29. August ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

dieselben von yeder tunnen halb ryfzelt, nemlich einen halben Behm. grosschen von einer Tunnen geben sollen vnd die obgeschriben von der wriecken, Ir erben vnd nachkomen sollen auch das selbe ryzgelt von yedermann, der dann visch in obgeschriben mazz von dannen furen wil, nemen vngehindert von vns vnd vnsern erben vnd nachkomen, getrewlich on geuerde, doch das sie sulch gelt an purcklichen pawe an der stat, als nemlich an turen vnd mawren vnd plancken anlegen vnd verpawen sollen, sunder on alle geuerde. Des zu vrkund geben wir In dieselzen brief mit vnserm anhangenden Insigel verfigelt, der geben ist czu der priffen, am Samltag nach michaelis, Anno etc. vicesimo tercio, an der oder.

Nach dem Churm. Lehnsopialbuche XV, 13.

XXXII. Bischof Stephan von Brandenburg genehmigt den emphyteutischen Contract, nach welchem der St. Laurentzgarten zu Writzen von der St. Laurentzcapelle einem Bürger überlassen ist, am 29. August 1428.

Stephanus, Dei Gratia Episcopus Brandenburgensis, ad perpetuam rei memoriam. His que pro cultus divini conservatione provide facta sunt, libenter cum a nobis requisitur nostri muniminis adjicimus firmitatem. Sane pro parte dilecti nobis Domini Johannis Ghyse, rectoris Capelle beati Laurentii in oppido Writzen nostre dioeceseos Brand. litteras in Pergameno conscriptas, ejus vero sigillo independente sigillatas, non cancellatas, non viciatas, non abolitas neque raras, sed omni profus vitio carentes, concessionem quandam Emphyteoticam in se continentes nobis exhibitas recepimus infra scripto sub tenore. Reverendo in Christo patri et domino, Domino Stephano, Episcopo Brandenburgensi, patri et Domino meo gratioso Johannes Ghyse, rector Capelle beati Laurentii in oppido Writzen vestre Brand. dioecesis obediendi et obsequendi pronam voluntatem. Noverit vestra paternitas, revende pater, quendam ortum, situm prope vicum dicti oppidi Writzen, juxta aquam, dictam vulgariter dy Stobberow, in longum ejusdem aque protensum, vulgariter sancte Laurentz Garden nuncupatum, ad eandem Capellam sancti Laurentii et ipsius rectorem spectare et pertinere libere et pleno jure. Quiquidem ortus a longis et retroactis temporibus certis colonis, qui ad hoc haberi poterant, nunc uni nunc alteri, sub certo annuo censu, videlicet quadraginta octo grossis bohemicis, rectori predicta Capelle annuatim prestandis, excolendus et elaborandus committi consueverat et conduci simul atque locari. Verum, reverende pater, quoniam ex diuersitate colonorum istiusmodi, qui fructibus ejusdem orti relictis terreque viribus exhaustis ipsum ortum sine meliorationibus sepum ac aliorum inibi necessario meliorandorum penitus relinquatur, idem ortus non modicum patitur detrimentum, adeo quod de dicti census diminutione verisimiliter poterit pertimesci. Ego igitur recepta a paternitate vestra dicte Capelle spiritualium et temporalium administratione volensque sibi utiliter juxta posse sollicitè preesse ac providere, Ortum supra dictum, quantum in me est, pro meis successoribus provide viro Jacobo Brachowen, oppidano in dicta Writzen suisque universis et singulis heredibus et successoribus bona fide et sine dolo in Emphyteusin perpetuam realiter tradidi, donavi et concessi ac presentium tenore trado, dono et concedo, Dicto annuo tantum censu, videlicet quatuor solidorum grossorum bonorum Bohemicarum, in perpetuum mihi et successoribus meis rectoribus Capelle memorate per dictum Jacobum

suosque heredes quosvis et successores in festo beati Martini omni anno perfolvendo, nec non et directo Dominio dicti orti jure prelationis et commissionis una cum omnibus et singulis Emphiteuticis juribus penitus retentis et in totum reservatis, dans et concedens dicto Jacobo suisque heredibus et successoribus plenam ac omnimodam potestatem, quod quodocunque sibi placuerit dicti Orti possessionem propria auctoritate apprehendere poterit et adipisci eaque uti ac ipsum ortum perpetuo jure utilis Domini obtinere et habere, libere et quiete sine cujuscunque potestatis secularis auctoritate et sine alicujus judicis et Curie requisitione ac sine tallis, exactionibus, sine etiam contradictionibus aut impedimentis quibuscunque. Volens preterea presentem contractum sedulo gratificari, ratum et gratum tenere et habere nec in aliquo contra facere vel venire per me vel per mediam personam directe vel indirecte, tacite vel expresse quovis questio ingenio uel colore, Renunciatis pro me et meis successoribus omnibus et singulis juribus mihi pro parte dicte Capelle in orto memorato competentibus, ea penitus in multidictum Jacobum et suos heredes et successores transfundens, preterquam censum annuum videlicet quatuor solidos grossorum bonorum Bohemic. antedictum, una cum juribus Emphiteuticis ac aliis preexpressis, ad que mihi et quibusvis meis successoribus dicte Capelle rectoribus ipse Emphiteota sui que singuli heredes et successores effectualiter adstricti sint et permaneant obligati, omnibusque et singulis etiam renuntio actionibus et exceptionibus omni que jurium Canonici et civilis auxilio generali et speciali, quibus presens contractus quomodolibet infringi possit et annullari, Etiam si de his aut eorum altero fieri deberet mentio specialis. Et quoniam, reverende pater, presens contractus, nisi per paternitatem vestram roboretur, personalis sit, et viribus in perpetuum non subsistit, supplico instanter, quatenus attenda dicte Capelle utilitate et quod eodem contractu cessante census ipsius Orti minueretur et periret, et ex tunc cultus divinus ex temporalium defectu diminui verisimiliter timeretur, contractum eundem Emphiteoticum secundum modum et formam supra dictam roboratione et auctoritate vestra ordinaria gratiosius dignemini confirmare, Premium de hoc ab omnium bonorum largitore recepturi. In quorum testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Datum in oppido Königsberg Camin. Dioecesis, Anno Domini millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, ipso die beati Georgii Martiris. Post quarum quidem litterarum presentationem et receptionem nobis pro parte supra dicti Domini Johannis fuerat humiliter supplicatum, quatenus ad concessionem hujusmodi et Emphiteusin ac aliorum in ipsis litteris contentorum approbationem procedere dignemur. Nos vero ipsius supplicationibus tanquam iustis merito inclinati volentesque divini cultus augmento bona temporalia ecclesiarum pro nostra possibilitate in esse conservare ac in melius reformare, de expressa providorum virorum proconsulum et consulum oppidi Writzen, Supradicte Capelle patronorum, voluntate et consensu, concessionem supra dictam et Emphiteosin nec non omnia et singula supra scripta in eisdem litteris expressata approbamus, ratificamus, rata, grata et firma habentes et tenentes, auctoritate nostra ordinaria Dei nomine confirmamus ac censum annuum supra dictum, videlicet quadraginta octo grossorum Bohemicorum aut bonorum Misnensium in dicto orto vna cum ceterorum Emphiteoticorum juribus eidem Capelle singulariter reservantes. In quorum omnium est singulorum fidem et testimonium premissorum presentes nostras litteras sigillo vicarii nostri, quo ad presens utimur, fecimus appensione communiri. Datum in Monasterio Fredeland, Anno Domini Millesimo quadringentesimo vigesimo octavo, ipsa die decollationis beati Johannis Baptistae.

Aus der Gumblinger Urkundenammlung IV, 1. S. 157. Mspt., verbessert nach dem noch im Besitz der Stadt Briesen befindlichen lückenhaften Original.